

0630

Einladungsschrift

zu der

am 5ten und 7ten Oktober 1837

anzustellenden

öffentlichen Prüfung der Schüler

des

Königl. Friedrichs-Gymnasiums

zu Gumbinnen.

Inhalt:

1. De pronomibus propter locum, quem obtinent, orthotonumenis. Eine Abhandlung des Oberlehrers Strzeżka.
 2. Jahresbericht des Direktors.
-



Gumbinnen, 1837.

Gedruckt in der Krauseneck'schen Regierungs- und Buchdruckerei.



Einbandwerk

Öffentliche Bibliothek der Schüler

Öffentliche Bibliothek der Schüler

KSIAZKNICA MIEJSKA
IM. KOPERNIKA
W TORUNIU

~~Bibliothek~~
Lhorn

2 B 17 18

**De pronomibus propter locum, quem obtinent,
orthotonumenis.**

Varias esse orthotoneseos pronominum graecorum causas, Apollonius Alexandrinus (de pron. p. 49) loculenter docet: quarum alias in sententia positas, (*αἱ ἀντωνυμ. ἕνεκα σημαινομένου ὀρθοτον.*) alias quasdam esse externas: in quibus *σύνταξις, τόπος, ποιητικὴ ἄδεια* recensetur. At voculae encliticae quando iuxta ponantur plures, ubi tenoris non inclinati causa verborum est collocatio, quam graeci artis scriptores *σύνταξιν**) dicunt, quomodo sint scribendae et de poetarum licentia, qua sententiae necessitate coacti nulla orthotonumenis pronomibus utuntur: his quidem de rebus alio tempore in animo nobis est disputare. Nunc de ea causa, quae inter has, quas diximus, media est, disserere constituimus.

In ipso sententiae principio encliticam collocari non posse, iam nomen inclinationis satis ostendit. Quae sedes si qua de causa pronomini assignatur, id, etsi nulla inest oppositio, suo accentu scribendum est: nam nisi alia dictio praecedat, in quam tenorem suum reiiciat, enclitica locum non habet. (Apoll. de pron. p. 49, B. *εἴ γε ἀδύνατόν ἐστιν ἐγκλινόμενον τι ἀρκτικὸν τίθεσθαι· πῶς γὰρ ἔτι ἐγκλινόμενον τὸ μὴ δυνάμενον τὸν ἴδιον τόνον ἐπὶ τι προκειμένον μεταθέσθαι;* cf. de synt. p. 131. 146. Char. in Bekk. Anecd. p. 1152 *ἀντωνυμία ἐν ἀρχῇ ἐγκλίνεται αὐδεμία.* Idem p. 1151 *ἔστιν*, ubi sententiam inchoat et retracto accentu scribitur, falso encliticum vocat, similitudine, credo, encliticorum *ἡμιν, ὑμιν* aliorum inductus *ἐν ἀρχῇ μὲν γὰρ ἄλλης λέξεως μὴ ἐγκλινομένης ἐγκλίνεται [ἔστιν] τῇ ἰδίᾳ ἀρχῇ τὸν τόνον ἀναπέμπον, ἔστι πόλις Ἐφύρη.* Arcad. p. 144 *Αἱ καὶ*

*) Herod. in Bekk. Anecd. p. 1142 hanc *σύνταξιν* vocat *συνεγκλιτικόν*: *συνεγκλιτικὸν δὲ ἔστι σύνταξις δυοῖν ἢ πλειόνων μορίων ἐγκλιτικῶν ἐπαλλήλων δευνομένων.* — cf. Arcad. p. 146 et quae iisdem fere verbis in Bekk. Anecd. p. 1157 leguntur.

ἀρχὴν τιθέμεναι, κἄν μὴ ἔχωσιν ἀντιδιαστολήν, διὰ τῶν ἀρχικῶν τόπων ὁρθοτο-
νοῦνται.)*) Neque tamen prosae orationis scriptoribus pro arbitrio pronomibus
absolutis (ἀπολύτοις) et totas sententias et sententiarum particulas inchoare lici-
tum fuisse arbitramur: quod ubi usu venit, poetarum potius fuit licentiae (ποιητικῆ
ἄδεια). Secuti igitur veteris artis magistros etiam in hac caussa, sicuti fecimus,
ubi de accentu pronominum pr. et sec. pers. pluralium disputavimus (Archiv fuer
Philol. u. Paedag. v. Jahn T. I, Heft IV, a. 1832) poetarum nobis monumenta inprimis
perlustranda esse duximus, sed ita ut in praesens Homericorum tantum carminum
fabularumque tragicarum ratio haberetur. Sed quam poetae legem in his seque-
rentur quum perscrutaremur, iam rei natura ita tulit, ut sola per se diiudicari
non posset: aliae igitur praeterea quaestiones instituendae nobis fuerunt: quae
etsi non prorsus absolutae sunt, tamen, nisi suscepti nos negotii amor sefellit,
totum hunc locum, non ingenii acumine, — sunt enim res fere tenuissimae —
sed diligentia atque assiduitate paullo magis illustrasse nobis visi sumus. —
Iam primo loco, num qua lege orationis principium — id enim in dubium vocari
non potest — encliticis denegetur, eadem, ubi minores sententiae partes distin-
ctionibus seiungantur, dictiones illae poni nequeant, inquiremus. Tum quando

*) Pronomen indefinitivum et adverbium ποτέ Hermannus apud tragicos in prima
sententiarum parte invenisse sibi videtur ibique per ecquis et ecquando
interpretatur et accentu gravi scribit. (vid. de emend. rat. gr. Gr. p. 94 sq. ad
Soph. Trach. 864. Eur. Bacch. 68 ad Med. p. 378 ed. Elmsl. — Praef. ad Oed.
Col. p. XVIII.). Hermanni sententiam impugnat Matth. gr. Gr. p. 912, de
uno loco (Soph. Trach. l. l.) ei concedens. Mea quidem sententia τίς, ut
grammatici praecipunt, in talibus interrogationibus ubique est acuendum.
Ceterum τίς aliaque indefinita etiam accentu non deposito scribi constat cf.
Apoll. de synt. p. 135. οὐ τοῦτο δὲ φημι, ὅτι τὰ ἀόριστα μόνως ἐγκλιτικὰ
ἔστιν. — Vide praeterea Bernhardt synt. Gr. p. 442 sq. Quando is usus
percrebuerit, certo affirmare nequeo: apud Homerum nec τινὲς μὲν — τινὲς
δέ, nec similia leguntur; apud tragicos ποτέ ita ter legitur Eur. Orest. 44
ἔμψρων δακρύει ποτέ δὲ δεινῶν ἀποπηδῶ. Eur. Phon. 412 ποτέ μὲν ἐπ'
ἤμαρ εἶλον, εἶτ' οὐκ etc. Soph. Antig. 367 ποτέ μὲν κακόν, ἄλλοτ' ἐπ' etc. in
chor. — De τῶ indefinitio ab Hom. semel in prima versus parte posito infra
dictum est.

continuata sententia primam sedem versuum dictionibus encliticis occupare sit concessum, quam fieri potest accuratissime, explicare conabimur. Quae quidem disputatio seiungi se ac dirimi ab alia similis argumenti quaestione non patitur: cum enim quatenus singuli versus inter sese sint connexi, multum ad hanc rem interesse in promptu sit, primum ante omnia, quibus legibus versus, quos diximus, ita confirmare licuerit, ut quae verba sensu artissime sint copulati, eorum alterum in extremo versu, in principio insequentis ponatur alterum, videtur perquirendum esse.

§. 1. Pronomina orthotonumena post interpunctionem posita.

Interpunctionum rationem, qui tenores recte ponere vellent, debere cognitam habere ac perspectam, iam veteres grammatici monuerunt, inter quos Ioannes Alexandrinus ab hac artis parte commendanda *τοιναὶ* sua *παραγγέλματα* fere incipit. At pauca admodum, quibus de ea re doceamur, memoriae sunt prodita eaque maximam partem per scholia dispersa, cum integri libri, ut Nicanoris, in quibus grammatici nobilissimi de distinctionibus disputaverunt, temporum invidia nobis erepti sint. Sed haud ita aegre eam iacturam feramus: cum enim omnibus omnium temporum gentibus cogitandi leges, itaque etiam dicendi in universum eadem fuerint; fere simili ratione, qua nos, antiquos singula verba dicendo et copulasse et disiunxisse per se efficitur, ita tamen, ut qui verborum positionibus distinctius effectis orationem liberius conderent, etiam sententiarum partes, nostro iudicio seiungendas, non mediocriter eo orationis perspicuitati consulentes, in unum saepe contraherent. Quo loco de variis attractionum, quas hodie dicunt, generibus uno verbo monuisse sufficit. Non recte igitur Buttmannus talibus exemplis, quae encliticam post relativum enunciatum positam exhibent, commotus veteres ante voces relativas ubique ea sententiae pars finiatur, in dicendo paulisper substituisse, negat. At distinxerunt quidem veteres, sicuti nos facimus, sed nonnunquam suum, quod diximus, ius usurpantes singulas enunciati partes ita commiscuerunt, ut distinctio prorsus non admitteretur. Qua de re dicendi paullo infra redibit occasio, ubi encliticas ita poni ostendemus. Veteres igitur in universum eadem fere ratione atque nos in notis ponendis versatos esse, eius rei

tria argumenta cogitari possunt: quarum unum legum quadam cogitandi communione continetur: quae res, ut in dubio non posita, explicationis nostrae non indiget: alterum, quod sententiam nostram comprobat, veterum sunt grammaticorum praecepta: tertium consuetudinis scribentium accurata observatio. Et haec quidem postrema ita coniunximus, ut, cum accuratius de antiquorum more distinguendi disserere propositum nobis non esset, in transcurso tantum veterum praecepta breviter attingeremus, ubi vel orthotonesis pronominum ea ratione explicanda, vel tenoris inclinatio excusanda erat. Ac primum quidem, num quando pronomen ob antegressam interpunctionem, cum nulla sit personarum oppositio, tamen accentum non deponat, videamus: tum quid de iis exemplis statuendum sit, in quibus enclitica ita sit posita, ut distinctionem proxime sequi videatur.

Sex locis apud Homerum Apollonius propter positionem accentum pronominis non inclinatum esse docet. Et de primo quidem omnes ei assensuros esse arbitror: est autem λ, 90. ἤλθε δ' ἐπὶ Ψυχῇ Θηβαίων Τειρεσίῳ, Χρῦσειον σαῖπτρον ἔχων, ἐμὲ δ' ἔγνω καὶ προσέειπεν (cf. Apoll. de pron. 49, B. 54, A. de synt. p. 129 et p. 146). Ubi si verba transposueris, encliticam pronominis formam ponere debebis, (ἔγνω δὲ με etc.) id quod factum est λ, 471. ἔγνω δὲ ψυχῇ με — Διαικίδῳ. Idem de orthotonesi pronominis iudicat Α, 174 (καὶ δὲ κεν εὐχολῆν Πριάμῳ καὶ Τρωσὶ λίποιμεν) Ἀργεῖν Ἑλένη· σέο δ' ὅσταν πύσει ἄρουρα: de quo loco de pron. p. 138 ἀναγκαίως (sc. ὁρθοτονεῖται) ἢ μὲν σέο, ὅτι ἐν ἀρχῇ (proprie enim inclinandum fuisse, quod possessionem significet). At eius loci aliam esse rationem, quisvis videbit: est enim pronomen ἀντιδιασταλτικῶς positum. — Tertium exemplum, quod Apollonius eadem ratione interpretari videtur, legitur ξ, 272 et ρ, 441 τοὺς δ' ἔγαγον ζωούς, σφίσις ἐργάζεσθαι ἀνάγκη (vid de synt. p. 146; ubi distinctio nulla posita est, et de pron. p. 54, C.) Cum enim hoc loco contra Aristarchum utatur, ut pronomina tert. pers., quando recto accentu scribantur, non semper compositorum vim habere ostendat,*) pronomen propter positionem non inclinari, sicut est, videtur existimare, quamquam de causa orthotoneseos

*) De ea re cf. Lehrs questt. ep. p. 115—120. — Graecos autem, ubi pronomina ad subiectum primariae sententiae referantur, pronomibus simplicibus uti, praeter haec grammaticorum testimonia multa ostendunt exempla. ε, 419. δεῖδω, μή μ' ἐξάντις — φέρη. 423. αἶδα γάρ, ὡς μοι ἀδάδυσται. δ, 388. τόν-

nil dicit. Simillimum est quod in Aesch. Eum. 280 (ed. Schuetz) legitur: καλῶ
 Χώρας ἀνασσαν τῆσδ' Ἀθήναιον, ἐμοὶ Μολεῖν ἀρώγῳν. De reliquis tribus exemplis
 X, 14 (cf. de pron. p. 54, C.). E, 64 (de pron. p. 53, A. de synt. p. 146).
 A, 695 (de synt. p. 146), in quibus pronomina in principio versus posita sunt, infra
 §. 3. dicemus. His locis, quos Apollonius recensuit, eos addamus, in quos ipsi
 incidimus, generatim dispositos. Et apodosin quidem pron. orthot. incipit A, 564.
 εἰ δ' οὐτω τοῦτ' ἐστίν, ἐμοὶ μέλλει γίλον εἶναι, T, 264 εἰ δέ τι τῶνδ' ἐπίορχον,
 ἐμοὶ θεοὶ ἄλγεα δοῖεν: quorum ob similitudinem etiam Eur. Hippol. 1144. εἴπερ
 ἴστ', ἐμοὶ σημίματ' cum Mönkio legendum esse arbitror, non ut Matth. ἴστε, μοι
 σημ. — ν, 143 ἀνδρῶν δ' εἴπερ τίς σε βίη καὶ κάρτεϊ εἰκων Οὔτι τίς, σοὶ δ' ἐστὶ
 καὶ ἔξοπίσω τίσις αἰεὶ: (δέ enim in apodosi positum). Eandem ob causam ἐμοί,
 cum coniunctionem γάρ antecedat, positum est: Eur. Hippol. 1030 οὐκ οἶδ'· ἐμοὶ
 γάρ οὐ θέμις λέγειν πέρα. 1427. καὶ χαῖρ'· ἐμοὶ γάρ οὐθέμις φθιτοὺς ὀρεῖν. Ante
 accusativum cum infinitivo etsi Graecos non semper distinctionem posuisse infra
 videbimus, tamen eam ob causam pronomē ὀρθοτόμως scribitur φ, 310. τῶν δ'
 ἄλλων οὐ τεν ἄκουσα Εὐξαρμένον, ἐμὲ αὐτίς ὑπότροπον οἰκάδ' ἐκέσθαι. Porro
 sententias interpositas commatis includi constat: idem de genitivis, quos vocant
 absolutos, valere arbitror, praesertim quum nusquam, quod sciam, enclitica gene-
 tivī forma talia enunciata incipiat. Orthotonumena pronomina ita leguntur A. 88
 οὔτις, ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δευρομένοιο, Σοὶ κοίλης παρὰ νηυσὶ βαρείας
 κείρας ἐποίησε. T, 271. οὐ δέ κε κούρην Ἰηγεν, ἐμεῦ ἀμήχανος. ε, 286. ἢ μάλα δὴ

γ' εἰ πως σὺ δύναιο — λαβέσθαι, Ὅς κέν τοι εἴησιν. 162. ἐέλδετο γάρ σε
 ιδέσθαι, Ὅφρα οἱ — ὑποθήσει. ι, 234 (φέρε δ' ὄβριμον ἄχθος) Ἴνα οἱ
 ποιδόρκιον εἴη. Apud prosaicos pronom. pr. et sec. ps. ita posita accentum
 inclinant: Isocr. Antid. p. 417, 323 ὡς — ἐμοῦ νομίζοντος — τοῦδ' ἔξειν μοι
 καλῶς Aesch. et Timarch. p. 251, 3 περὶ μὲν οὖν τούτων μετρίως ἐλπίζω
 μοι προειρησθαι. In tert. pers. usus variat, cum modo αὐτῶν, modo αὐτῶν
 ponantur Lyeurg. et Leocr. p. 239, 143 ἡμᾶς ἀξιόσει ἀκούειν αὐτοῦ ἀπολο-
 γουμένου. Antiph. tetral. B, γ. p. 30, 3. οὗτος μὲν οὐχ ὁσίως δεῖται ἡμῶν
 συχνῶς τὴν ἀπολογίαν δέχεσθαι αὐτοῦ. At haec in transcurso absolvi
 nequeunt. Apollonius, ubi pronome, quod a participio pendet, ad subiectum
 verbi primarii refertur, reflexivum necessarium esse censet. cf. de pron. p. 53,
 A. de synt. p. 143 sp.

μετεβούλευσον θεοὶ ἄλλως Ἄμφ' Ὀενσῆϊ, ἐμεῖο μετ' Αἰθιόπεσσιν ἔοντος. *σ*, 268. ὡς νῦν, ἢ ἐτι μᾶλλον, ἐμεῦ ἀπόσφιν ἔοντος. *Soph. Electr.* 100, κοῦδεὶς τοῦτων οἶκτος ἀπ' ἄλλης Ἡ' μοῦ φέρεται, σοῦ, πάτερ, οὕτως Ἄϊκος — θανόντος. *Philoct.* 1032 πῶς θεοῖς εὐξέσθ', ἐμοῦ Πλεύσαντος, ἀλθεὶν ἱερά; At in his versibus maior etiam vis in pronominibus inest: positione tantum ὀρθοτονεῖσθαι videntur *T*, 62 τῷ κ' οὐ τόσσοι Ἀχαιοὶ ὀδᾶξ ἔλον ἄσπετον οὐδας Ἀνσμενέων ὑπὸ χερσίν, ἐμεῦ ἀπομηνίσαντος. *I*, 427 ἦν νῦν ἐφράσσαντο, ἐμεῦ ἀπομηνίσαντος. *Soph. Trach.* 1222 ταύτην, ἐμοῦ θανόντος, εἴπερ εἰσεβεῖν βούλει — προσθεῖ δάμαρτα. In his, quae attulimus, exemplis propter exiguum sententiae ambitum, pronomen vix alio loco collocari potuit: orthotonesis vero propter interpunctionem antecedentem necessaria. — Etiam alia participia distinctionem postulare, *Schol. in Bekk. Anecd.* p. 760 docet: quod tamen semper factum esse non crediderim. Qui enim fieri potest, ut participia, ubi ab adiectivis fere nihil differant, a substantivis suis dirimantur? Recte autem distinguitur, quando participia cum aliis vocabulis coniuncta plenam efficiunt sententiam: et tum quidem pronomen, si vel enunciatum, in quo participium legitur, incipit, vel, cum sententiae primariae est, eo loco ponitur, ubi oratio interrupta continuatur, tenore non inclinato scribitur. Quod factum est, *P*, 338 ἀλλ' ἐτι γάρ τις φησι θεῶν, ἐμοὶ ἄγχι παραστάς. *ι*, 545 ἀμφὶ δ' ἐταῖροι Ἐλατ' ὀδύρομενοι, ἡμέας ποτιδέμενοι αἰεὶ, et ὅ μ' εἰς loco fere simili *ω*, 396. — *A*, 66. αἶ κέν πως ἀρνῶν κνίσσης — Βούλεται ἀντιάσας, ἢ μὲν ἀπὸ λογῶν ἀμῶναι: quamquam is locus paullo diversus est. *) His addam, quae apud tragicos inveniuntur, quamquam ibi etiam propter significationem orthotonesis videtur necessaria esse: *Eur. Hec.* 1240 οὐ γάρ με χαίρειν χεῖρ, σὲ τιμωρομένην; *Troad.* 724 οὐκ εἶσιν Ἐκτωρ κλεινὸν ἀρπάσας δόρυ Γῆς ἔξανελθῶν, σοὶ φέρων σωτηρίαν. *Soph. Ac.* 510. οἴκτερε δ', ὦ νῆξ, παῖδα τὸν σόν, εἰ, νεῆς τροφῆς στερηθεῖς, σοῦ διοίσεται μόνος: ubi *Herm.* et *Schaeff.* modo inter partici-

*) *Σ*, 337. Τρώων ἀγλαὰ τέκνα, σέθεν κατένοιο χολωθεῖς, et alia exempla, in quibus ἐμέθεν, σέθεν ita posita sunt, ut *Ψ*, 23. *N*, 490. *δ*, 592 consulto praetermisimus: ea enim pronomina, quae deposito accentu nunquam dicta sunt, saepe poni solent, ubi significatio orthotonesin non postulat. Sic ἐμέθεν, σέθεν saepe numero possessionem significat, quamquam tum ex praeceptis Apollonii enclitica usurpari debent. — cf. de orthot. formis Apoll. de pron. p. 138.

pium et pronomen posuerunt distinctionem, quae utroque loco vel ponenda fuit, vel omittenda: orthotonesis propter sensum necessaria. Eur. Hippol. autem 1074 τὸ δ' ἔργον οὐ λέγον σε μηνύει κακόν Matth. recte, interpunctione non posita, pronomen inclinavit: id quod etiam versus conformatione, qui commatis distinctus in partes divideretur nimis aequales, comprobatur. Pauca iam restant exempla, in quibus pronomen orthotonum, verbis aliquot in media sententia interpositis, ea in parte collocatum est, ubi oratio continuatur. Et in Sopoel. quidem Electra 525. πατήρ γὰρ, οὐδὲν ἄλλο, σοὶ πρόσχημ' αἰεί, non sine vi pronomen ὀρθοτονεῖσθαι videtur: id quod vix dici potest de Aesch. Agam. 949 (ed. Schuetz) ἄνδρος, στρατοῦ δώρημ', ἐμοὶ ξυνέσπετο. Choeph. 518 θέλοντι δ', εἶπερ οἶσθ', ἐμοὶ φράσον. Eur. Elect. 310. ἀναίνομαι δὲ κάστορ', ᾧ, πρὶν εἰς θεοὺς ἔλθεῖν, ἐμ' ἐμνήστενον. Eur. Heracl. 132 σὸν δὴ τὸ φράζειν ἐστί, μὴ μέλλειν τ', ἐμοί, Πόιας ἀφίξει etc. et Phoen. 382 ἀλλ', ἐκ γὰρ ἄλγος ἄλγος αὐ', σὲ δέρκομαι Κάρα ξυρηκὲς — ἔχουσαν. Neque enim Matthaei sententiae calculum adii cere queo, qui „Mimus recte, inquit, ἐκ — αὐ' parentheseos signis inclusi. — Hoc unum recte feci, quod σέ non cum Porsono accentu notavi: quod ne opus quidem esset, si ea, quae praecedunt, in parenthesi essent posita. Vid. ad Hec. 62.“ At hoc loco, ad quem editor ille in ea caussa lectores semper relegat, exempla prorsus diversa exhibentur: post parenthesin vero, quoniam ibi per aliquod tempus in dicendo subsistimus, enclitica poni non potest. — Postquam ita pronomina absoluta, quando post interpunctionem posita essent, accentum non inclinare vidimus, iam ad alteram disputationis partem transitus videtur patere: quo loco id exemplorum genus recensere constituimus, in quibus pronomina enclitica ita sunt posita, ut distinctionem proxime sequi videantur.

§. 2. De pronomibus encliticis eo loco positis, ubi vulgo distingui solet.

Omnibus locis, ubi pronomina enclitica sententiam interpunctione ab antecedentibus seiunctam inchoabit, — extare autem eiusmodi exempla, mox videbimus — aut pronomen recto accentu scribendum, aut distinctionem tollendam, id vero sive versus necessitate, sive licentia quadam, quae poetis conceditur, excu-

sandum esse, persuasum habeo. Hos enim saepe interpunctionis non ita rationem habuisse, quam numerorum, pro certo affirmare posse videor: quae sententia iam eo comprobatur, quod et in verbis collocandis paullo liberiores sunt atque audaciores, ita ut singulas sententiarum partes permisceant, et nunquam eius vocabuli, quod ab antecedentibus distinctione vel maxima discernitur, vocalem primam elidunt. Prioris generis haec sunt exempla, quae etiam distinctiones vulgo necessarias a poetis neglectas esse ostendent: Soph. Antig. 746. *ταύτην πότ' οὐκ ἔσθ' ὡς ἐν ζῴσαν γαμεῖς.* Elect. 217. *λόγος τις αὐτὴν ἐστὶν εἰσιδεῖν πατρός* etc. Eur. Phoen. 893. *σύ τ' ὃ τάλαινα συγκατασκίπτει πόλις* (sic recte Porson). Hippol. 336. *ὃ τλήμων οἶον μήτερ ἠράσθης ἔρον.* Ion. 1306. *τὴν σὴν ὄπου σοι μητέρ' ἐστὶ νουθέτει.* Hec. 204. *σκύμνον γὰρ μ' ὄστ' ὄρει-θρέπταν.* His in versibus singula vocabula distinctionibus dirimi non posse, ordo verborum optime docet. Ceterum rem satis dignam esse arbitror, quae non in transcurso, sed diligentius illustretur. Non nullis locis animi perturbationem perturbato verborum ordine poetas depinxisse crediderim, ut in versu, quem ex Eur. Hippolyto protulinus, et Virg. Aen. II, 42. Et procul, o miseri, quae tanta insania, cives? De altero, quod diximus, genere Matthiaeum optime disserere video gr. gr. T. I, p. 114: exemplis ab eo datis unum e Rhese fabula adiungam *ν. 157. ἤξω· πὶ τοῦτοις τόνδ' ὑγίσταμαι πόνον.* — Eodem igitur modo, quo illis locis a distinctionum ratione poetas ea, qua utuntur, libertate discessisse vidimus, etiam encliticas, ubi, si vulgarem consuetudinem respicis, incidendum erat, omissa interpunctione posuisse arbitror. Et haec quidem excusatio, quae ex scribendi genere petita est, probabilior videtur esse, quam Matthiaei sententia, qui l. l. p. 130 sq.: Graecos antiquos, cum interpunctionem notas ignorarent, verba etiam contra distinguendi rationem et consuetudinem disposuisse dicit. (Die alten Griechen hatten keine Interpunktion — daher durften sich auch die Alten Stellungen der Wörter erlauben etc. — daher steht auch oft n Enklitika, etc.) cf. eund. ad Eur. Iph. Aul. 1414, ubi cum veteres, inquit, interpunctionum notas non uterentur, scribebant *παῦσαι με μὴ κίαις!* Mira profecto sententia, quasi signis interpunctionum non positis res quae iis significatur, tolli possit!

Post vocativum distinguendam esse, veteres Grammatici consensu docent:

qui

qui cum legitimum modo verborum ordinem respiciant, eum post casum, utpote commatis inclusum, encliticas collocari vetant, nisi dativus μοί διὰ φιλοφρόνησιν (quod nunc dicunt ethice) ei additus sit (Apoll. de pron. p. 67, C. ἡ κλητικὴ αὐτοτελής οὐσα στιγμῆν ἀπαιτεῖ· διὸ οὐδεποτε αἰ ἐγκλινόμεναι μετὰ κλητικῆς τίθενται, ὅτιμὴ μόνον ἢ μοί κατὰ πρῶτον πρόσωπον διὰ φιλοφρόνησιν Πάτροκλέ μοι δειλῆ. — Char. p. 1155. ἀλλ' ἐν τῇ ἰδίᾳ ἀρχῇ ἔχουσιν ἐγκλιτικὴν, (sc. ἡμῖν ὑμῖν) καὶ δέχεται ἢ ὑποστιγμῆν ἢ στιγμῆν, εἰ μήτον φιλοφρονητικὴ εἴη ἢ φράσις Πάτροκλέ μοι. (Verba sunt corrupta: ante καὶ δέχεται excidisse quaedam videntur.) cf. Sch. in Bekk. Anecd. p. 761. *) Nihilo tamen minus recentiores, imprimis qui Euripidis fabulas ediderunt, ante dativos ethicos, qui cum vocativis artissime cohaerent neque alio referri possunt, distinxerunt. At de hac re paullo infra, quum ea exempla recensuerimus, in quibus alia enclitica post vocativos posita sunt. Plerumque in nostris editionibus ante encliticam interpungitur: sed tollendas esse distinctiones, enclitica ipsa ita collocata, nonnunquam etiam verba liberius disposita ostendunt. Reliqua exempla si accuratius adspexeris, versum post vocem encliticam incidi animadvertes: unde voces eas magis vocativo iisque quae antecedunt, quam sequentibus adnecti apparet. Et hanc quidem neglectae interpunctionis excusationem iam supra attigimus. Rara esse eiusmodi exempla, non mirum est; frequentissime apud Euripidem leguntur; nullum apud Aeschylum invenitur; unum apud Homerum, de quo infra dicemus. Nec multo plura exempla Sophocles praebet, apud quem Antig. 544. μή τοι κασιγνήτη μ' ἀτιμάσης τὸ μὴ οὐ (sic recte Hermannus scribit) et

*) Nostrī grammatici iis exemplis, de quibus in hac paragrapho agimus, commoti veteres post vocandi casum distinxisse negant (cf. Wolf praef. Ed. Hom. de p. 81 et 82; Buttmann gr. gr. T. I, p. 71). Minus recte, arbitror. Orthotonumena pronomina post vocativum his locis posita sunt: Eur. Hippol. 433. δέσποινα, ἐμοί τοι συμφορὰ μὲν ἀρτίως Ἡσὴ παρέσχε δεινὸν — φόβον. Hom. Σ, 333. νῦν δ' ἐπεὶ οὔν, Πάτροκλε, σεῦ ὕστερος εἰμ' ὑπὸ γαίαν (ubi pron. etiam propter comparisonem accentum non inclinatur) σοί ita legitur Eur. Med. 326. Iph. Taur. 326. σέ Heraclid. 976. Aesch. Agam. 899. vulgo non recte scribitur: a Schuetzio νῦν δ', ἐμοί φίλον κάρρα, Ἐκβαν' ἀπήνης; a Blomfield νῦν δ' ἐμοί, φίλ. κάρ: inclinandus est accentus νῦν δέ μοι, φίλ. κ., Ἐκβαν' etc.

Oed. C. 1272 φώνησον ὃ πάτερ τι, μή μ' ἀποστραφῆς:*) ubi natura numerorum encliticam cum priore versus parte artissime coniunctam esse aperte ostendet. Reisigius, sicuti nos, scribit: Herm. et Schaeferus, quamquam is ad Eur. Orest. 123 et ad Greg. Cor. l. l. hunc commatis usum recte vituperat, disiunctione posita accentum inclinant. Eadem est ratio fere omnium versuum, in quibus enclitica apud Euripidem ita collocata est. Bacch. 1073. οἴκτειρε δ' ὃ μῆτέρ με, μηδὲ ταῖς ἐμαῖς — Elmsl. et Herm. recte scribunt, Matth. suo more post μήτερ distinguit, idque omnibus locis facit. ibd. 1334. ἄγετ' ὃ πομποὶ μέ, καθιγνήτας Ἴνα. — Hec. 432. κόμισ' Ὀδυσσεῦ μ', ἀμφιθεῖς κάρη πέπλοις (Pers. κομ., Ὀδυσσεῦ, μ' —) Hippol. 1435. λαβοῦ πάτερ μου καὶ κατόρθωσον δέμας. Andr. 835. (chor.) ἔλιπες, ἔλιπες ὃ πάτερ μ' ἐπακτίαν, ubi alii pronomen omittunt. Troad. 288. γοῶσθ' ὃ τρωάδες με. Heraclid. 78. ὃδ' ὃ ξένοι με, σοὺς ἀτιμάζων θεούς, ἔλκει — 433. τί δῆτ' ἔτερας ὃ τάλαινα με ἔλπισ. — Etiam h. l. quamquam τάλαινα ad substantivum ἐλπίς est referendum et verborum collocatio distinctiones tollendas esse ostendit, tamen Matth. post τάλαινα interpunctionem posuit. De Ionis versu 890, cum versus corruptus sit neque e comparatione versus antistrophici quidquam lucremur, nihil certi constituere licuit: λευκοῖς δ' ἐμφύσας καρποῖς Χειρῶν εἰς ἄντρον κοίτας Κρανυγὰν ὃ μᾶτέρ μ' ἀδῶσαν Θεὸς ὀμνέντας ἄγες. Huc non retulerim Iph. Aul. 605, cum Matth. tantum e coniectura Porsoni et Marklandi ἡμεῖς δὲ νεάνιδες νιν ἀγκαλαῖς ἐπι Δέξασθε receperit: Lobeckius (ad Aiac. 323 p. 270 ed. pr.) leget νεανίαις νιν ἀγκαλ. — Quod vero in Soph. Trach. 68. Cod. Paris praebet καὶ ποῦ κλύεις τέκνον νιν ἰδρῶσθαι χθονός, sane ferri potest: vulgo legitur καὶ ποῦ κλύεις νιν, τέκνον. — In cantico, ubi usus fuit liberior, νιν vocatico additum est Eur. Troad. 329. ἄγε σὺ φοῖβέ νιν. — Cum his locis encliticae formae distinctionem omissam esse ostendant, id vero numerorum natura excusari posse videatur, iam, ubi formae secundae pers. ita leguntur, utrum pronomen absolutum ὀρθοτονεῖν debeamus, an omissa distinctione

*) cf. Schaeef. ad Greg. Cor. p. 221: qui de Liban. Or. XVI, p. 446. ἐν τῷ θεάτρῳ ποτε συμβάν, οἶμαί, τι τὸν δῆμον etc. Mira haec aut interpunctio, aut accentus positio. Scribe, aut συμβάν οἶμαί τι aut συμβάν, οἶμαι, τι. — Et sic fortasse etiam alii apud Sophocl. scribent, qui τί maiore vi dictum esse putant. cf. Bernhardt Synt. Gr. p. 441 sq.

inclinare, simili ratione diiudicandum esse arbitror. Sic Hel. 1165. ἔθαψα Πρω-
 τεῦ σ' ἐνεκ' ἐμῆς προσρήσεως sine interpunctione scribendum est: Iph. A. 1424.
 autem ἀλλ', ὦ τέκνον, σοὶ πείσομαι λέγεις γὰρ εὖ pronomem propter maiorem
 vim, quae ei inest, tenorem non inclinat. In canticis pron. sec. pers. vocativo
 proximum est Rhes. 892. ἰαλέμφ' ἀθρυγενεῖ τέκνον σ' ὀλοφύρομαι et Troad. 319.
 ἀναφλέγω πυρὸς φῶς Ἔς ἀγγάν, ἔς ἀγγλαν, Ὕμην, ὦ Ὑμέναιε, σοί: quorum altero
 pronomem, interpunctione sublata, inclinandum, altero, cum vehemientiore animi
 motu vocativi et pronomem pronounciari videantur, accentu notandum esse exi-
 stimo. Restat, ut de casibus obliquis pronominis ἀντός dicamus: qui cum
 pronomibus encliticis simillimi sint, nisi metri excusationem habent, post voca-
 tivum poni non possunt. Ita legitur Eur. Heracl. 301. δότ' ὦ τέκν' ἀντοῖς χεῖρα
 δεξιάν, δότε — ubi post τέκνα incidendum non esse, ex iis, quae disputavimus,
 apparet.

Prorsus diversa sunt ea exempla, in quibus dativus ethicus vocativo
 appositus est. Quum enim enclitica ad alia verba referri non possit et artissime
 cum vocativo coniuncta sit, vel minima distinctio absurda foret. Recte igitur
 veteres grammatici (vid. sup. p. 9.) pronomina ita collocata inclinari posse dixe-
 runt. Recentiores vero, quamquam veteres viam monstraverunt et versus cae-
 sura, quae ubique post encliticam incidit, eodem ducit, hunc usum fere prorsus
 neglexerunt et distinctio, quae post encliticam ponenda erat, ante pronomem
 facta, quae inter se cohaerent vitiose diremerunt. Apud Homerum unum eius-
 modi exemplum legitur: T, 287, quod supra, ubi veteres testes produximus
 allatum est. Πάτροκλε μοι δειλῆ πλείστον κεχαρισμένη θυμῷ. *) Permulta eius
 generis exempla apud Euripidem leguntur; Sophocles et Aeschylus nusquam da-
 tivum μοί vocativo addiderunt. Haec sunt exempla Euripidea: Iph. A. 603. σὺ
 δ', ὦ τέκνον μοι, λείπε πωλικὸς ὄχου: ut nos, Barnes., Markl., Musgr. scribunt;
 Matthiae, μοί cum verbo λείπε coniungendum esse ratus, Cantero assentitur,
 qui, σὺ δ', ὦ τέκνον, μοι scribit. Orest. 124. ἔθ', ὦ τέκνον μοι, σπεῦδε καὶ
 χεῖρας τάφῳ etc., ad quem locum Schaeff. Vellem, inquit, talibus in locis, ubi

*) Iniuria igitur Vossius ad hymn. in Cer. 433 p. 126. hunc versum tentavit, qui
 pronomine enclitico offensus Πάτροκλ', ἃ δειλῆ legi iubet.

enclisis usum commatum apertissime damnat, ad sanam veterum rationem reverteremur. Euripides scripsit *Ἔρ' ὃ τέκνον μοι σπεῦδε*. Unde etiam hunc virum doctissimum verum non vidisse apparet: incluserant quidem veteres vocativum commatis, sed ita, ut etiam dativus *μοί*, cum non ad verbum referretur, iisdem finibus contineretur. Alc. est. 325. *σὺ δ', ὃ τέκνον μοι, πῶς κορευθήσῃ κάλῳς;* Matth. ad h. l. „*πῶς μοι* coni. Monk. Vix opus vid. ad Hec. 62.“ At prorsus reiicienda fuit illa emendatio: qua recepta vide quam inelegantes fiant numeri. Andr. 738. *ἤγοῦ, τέκνον μοι, δεῦρ' ἐπ' ἀγκάλαις σταθείς*. Iph. T. 891. *Χαῖρ' ὃ πόσις μοι τῆς ἐμῆς ὁμοσπόρου*: quo loco si quem dativus *μοι* propter genitivum, qui additus est, offendit, *μοι* cum *χαῖρε* coniungat, ut exemplum priori, de quo diximus, generi adnumeretur: de *χαῖρε μοι* cf. Matth. ad Hec. 426. — Herc. fur. 620, *σύ ε', ὃ γύμαι μοι, σύλλογον ψυχῆς λάβε*. Si quis de dativo pr. pers. *διὰ φιλοφρόνησιν* vocativis addito dubitare adhuc non desierit, haec conferat exempla, in quibus aut nullum aut tale verbum additum est, quocum dativus coniungi nequeat, vel verborum collocatio dativum ad vocativum pertinere aperte ostendit: Hecub. 409. *ἀλλ', ὃ φίλη μοι μήτηρ, ἠδίστην χέρα*. Troad. 589. *μόλοις, ὃ πόσις μοι*. — 1073. *ὃ φίλος, ὃ πόσις μοι, Σὺ μὲν* etc. Ion. 1320. *Χαῖρ', ὃ φίλη μοι μήτηρ, οὐ τεκοῦσά περ*. 1398. *σέ γ', ὃ τέκνον μοι, βρέφος ἔτ' ὄντα νήπιον*. 1436. *ὃ φιλικότη μοι μήτηρ*. 1442. *ἀλλ' ὃ φίλη μοι μήτηρ*. Elect. 1309. *ὃ σύγγονέ μοι, χρονίαν σ' ἐς ἰδών*. Iph. T. 846. *δεῖν ἔτλαν, ὃ μοι σύγγονε*. Postquam ita in extremo exemplorum agmine, ut bonus imperator, firmissimum posuimus, iam libera est via ad reliquam quaestionis partem, in qua de encliticis post alias voces proprie positura disiungendas collocatis dicere constituimus. Relativas propositiones a veteribus, sicut a nobis, commatis inclusas esse, multis testimoniis comprobatur: vid Herod. p. 1144. *διὰ τοῦτο καὶ* (sc. ὑποτακτικά) *ἰδίῳ ἤματι κατακλείεται, πρὸ αὐτοῦ τε πίπτουσιν αἱ στιγμαί*. cf. Schl. in Bekk. Anecd. p. 759. 760. 764. — Sed quum omnino Graeci verba multo liberius disponerent, singulas etiam relativae et primariae propositionis partes ita collocarunt, ut distinctiones poni non possent. Idque ubi sententiae primariae subiectum relativo demum enunciato continetur et quando ob attractionem aliquam singula membra artius coniunguntur, factum esse arbitror. (cf. Matth. gr. Gr. T. I. p. 134 n. s.) Schaeef. ad Eur. Orest. 124.) Hac igitur ratione Hom. *φ*, 347. *χαίρει δέ μιν ὄντις*

ἐθείρη encliticum *μιν*, quamquam ab ἐθείρη pendet, ante relativum collocari potuit: nec debuit Vossius (ad hynn. in Cer. p. 126), ut numeris succurreret, γέ μέν pro δέ μιν scribere. Laederentur quidem numeri, si interpunctio, quam Vossius ponit, re vera ante μίν esset usurpata. Praeter hunc locum duo in fabulis Sophoclis, non expertes tamen eos excusationis, indagavi, in quibus post enunciatum relativum vocula enclitica legitur. Nam altero Antig. 1161, Κρέων γὰρ ἦν ζηλωτός, ὡς ἐμοί, ποτέ (ita enim Hermanus et Schaeferus scribunt) ὡς ἐμοί a ζηλωτός ἦν pendere nec, quod vulgo interpretibus placuit, verbum δοκεῖ omissum esse arbitrator. (cf. Ellendt tex. Soph. T. II, p. 999: cui tamen, quod brevium sententiae genus divit, non assentior.) Sic etiam sine particula ὡς datus, ut relationem indicet, a similibus adiectivis suspensus esse potest. (vid. Matth. gr. Gr. T. II, p. 710 sq.) Altero loco Trach. 1135. οἶ μοι πρίν ὡς χεῖν σφ' ἔξ ἐμῆς θανεῖν χερός numeri essent in gratissimi, si post οἶ μοι et πρίν et ante σφ' vocem inhiberes: sino ulla igitur distinctione usque ad finem videtur decurrendum esse, praesertim quum ὡς χεῖν adverbii vicibus fungatur. Alia est ratio Soph. A. c. 625. λευκῶ δὲ γήρα μάτηρ νιν ὅταν νοσοῦντα Φρενομόρως ἀκούσῃ — et Oed. C. 288. sq. ὅταν δ' ὁ κύριος Παρῆ τις, ὑμῶν ὅστις ἐστὶν ἡγεμών, ubi Reisigius pronomen apte collocatum esse negat, Herm. excusat.

Participia non semper commatis includi, iam supra ostendimus, idque multis exemplis comprobatur, in quibus pronomina enclitica vel ante sententiam, quae participium continent, posita sunt vel eam sequuntur: Eur. Bacch. 572. ταῦτα καὶ καθύβρισ' αὐτόν, ὅτι με δεσμεύειν δοκῶν Οὔτ' ἐθιγεν. (Matth. ὅτι, με δεσμεύειν δοκῶν, οὔτ'). — Herm. et Elmsl. enclitica offensi priorem distinctionem, servata altera, omiserunt, quam utroque loco eliciendam esse apparet. Herc. fur. 1220. σὺ δ' ἐκτὸς ὧν γε συμφορᾶς με νοθετεῖς (Matth. συμφορᾶς, με.) Cycl. 425. ἐξελεθῶν δ' ἐγὼ Σιγῆ, σε σῶσαι κἄμ', ἐὰν βούλη, θέλω. Sic Matth. locum scribit, qui, si interpunctionis tam tenax est, saltem σέ acuto notare debuit. Melius sine interpunctione scribitur, cum tribus distinctionibus, quarta in extremo versu antecedente posita, versus nimis concisus videatur. Ex interpretum coniectura pron. encliticum hunc in locum venit: Eur. Hec. 62. λάβετε, φέρετε, πέμπετ', Ἀσίρετέ μου Γεραιᾶς χειρὸς προςλαζύμεναι, ut Matth. cum Kingio et Hermanno edidit. Ferri quidem potest enclitica tali loco posita; sed exempla,

quibus Matth. ad probandam lectionem utitur, diversissima sunt. Magis placet Porsoni emendatio *ἀείρετέ μου δέμας*. Ab hoc genere discrepat Eur. Hel. 78. *τί δ', ὃ ταλαίπωρ', ὅστις ὄν μ' ἀπεστράφης*, quod breviter dictum esse pro *τί μ' ἀπεστράφης*, ὅστις ὄν μ' ἀπέστρ., Matth. ostendit. — Iam singulas sententiarum formas, in quibus distinctiones ponendae sunt, perlustrantes ad eas pervenimus, in quibus singula orationis membra coniunctionibus sunt copulata. Inter apodosin et protasin interpunctionem necessariam esse constat: tamen in Eur. Hippol. 1144 vulgo editur (*ποῦ — Θησεία*) *Εὐροίμ' ἄν, ὃ γυναῖκες; εἴπερ ἴστε, μοι Σημήνατ' ἄρα* etc., ubi Monkii emendatio, *εἴπερ ἴστ', ἐμοὶ σημ.*, recipienda fuit, praesertim quum pronomen verbo praepositum exiguo sententiae ambitu excusari videatur. De Eur. Phoen. v. 565 sq. dubitanter modo, quid sentiam, pronunciare audeo: hunc autem in modum leguntur: *οὗτοι τὰ χρέματ ἴδια κέκτηνται βροτοί; τὰ τῶν θεῶν ἔχοντες ἐπιμελούμεθα. Ὅταν δὲ χηρῆζωσ', αὐτ' ἀφαροῦνται πάλιν*. Pronomen *αὐτά* quod ab encliticis non discrepat, post interpunctionem et caesuram parum apte positum esse, nemo est quin videat. Erunt fortasse, qui *αὐτά* a verbo *κηρῆζωσ'* pendere dicant: nec raro versus, qui post tertium pedem incisionem exhibent, inveniuntur (cf. Porson. praef. ad Eur. Hec. p. XXVII. ed. Lips. tert.). Sed verba ita coniuncta admodum mihi frigere videntur. Facillima esset emendatio, si *αὐτε* pro *αὐτά* legeremus; dummodo usus eius particulae tragicis vindicari posset: nam de *αὐ* et *πάλιν* coniunctis, non est quod dubitemus. (v. Elendt Lex. Soph. T. I, p. 254. Reisig. Comment. Crit. ad Soph. Oed. C. p. 360.) *)

Post verba, quae tanquam *παρενθετικῶς* interposita sunt, encliticam collocari non posse, per se patet: nec Matthiae auctoritate (vid. sup. p. 7. ad Eur. Phoen. 382.) de sententia mea deducor, quum exempla, quibus utitur, diversissima

*) *αὐτε* in melicis invenitur Soph. Trach. 1010. — Aesch. Choeph. 413. — Bene se habet *αὐτόν* in Soph. Oed. C. 299. *ἢ καὶ δοκεῖτε τοῦ τυφλοῦ τίν' ἐντροπήν ἢ φροντίδ' ἔξειν, αὐτόν* (ex conic. Elmsl.) *ὥστ' ἐλθεῖν πέλας* ipse ut veniat: ad q. l. Herm.: Hoc solum est, inquit, recte ab Reisig. adnotatum, molestum esse ibi *αὐτόν* et quasi fines periodi egredi. — Eodem modo explicandum est Trach. 627. *ἀλλ' οἶσθα μὲν δὴ καὶ τὰ τῆς ξένης ὄρων προσδέγματ', αὐτὴν ὡς ἐδεξάμην φίλως*. vid. Herm. ad h. l. — De aliis verbis, in quibus *αὐτοῦ* et alii casus obliqui iniquo loco positi sunt nunc dicere non licet.

sint. Versum, in quo enclitica post parenthesin legatur, non inveni, neque usquam inveniri arbitror: nisi quis huc referre vult Eur. Cycl. 670 ὁ ξένος, ἴν' ὀρθῶς ἐκμάθης, μ' ἀπόλεσεν Ὁ μακρός; ubi pronomen, ne quid deesset, a librario videtur additum esse, id quod in Soph. Elect. 1208 ab Elmsleio factum est. Is enim, cum vulgo legitur μὴ, πρὸς γενεῖον, μὴ ἔξελῃ τὰ φίλιστα, ne pronomen desideretur, pro altero μὴ accusativum μ' scribi iubet (ad Soph. Oed. R. 1522.). At non opus esse accusativo pronominis, iam Herm. ostendit: ut vero ita legas, tamen nulla interpunctio post γενεῖον ponenda est. Elmsleius perverse scribit μὴ πρὸς γενεῖον, μ' ἐξέλεῃ: quo facto et enclitica post distinctionem apparet et coniunctio parum apte a verbo suo disiungitur. — Eur. Electr. 22. lectio non sana videtur esse: δέσας δέ, μὴ τῶ παῖδας Ἀργείῳ τέκοι, Ἀγαμέμνονος ποινάτορας, σφ' εἶχ' ἐν δόμοις: alii legunt μὴ τῶ παῖδ' ἀριστέων τέκοι, Ἀγαμέμνονος ποινάτορ', εἶχεν ἐν δόμοις.

Postremo loco de versu dicamus, in quo Matthiaeus, quamquam Hermannum et Porsonum aliter iudicare sciebat, encliticam post maiorem distinctionem ponere non est veritus. Iph. Aul. 1414. enim ita scribit: παῦσαι· με μὴ κίαιζε eamque scribendi rationem mirum in modum defendit. Quum veteres, inquit, interpunctionum notis non uterentur, scribebant παῦσαι με μὴ κίαι — et paullo infra „sed quidem pausa illius non magnam esse vim iudico.“ Exempla, quae in nov. edit. gr. Gr. §. 58. dedit et quibus de veritate lectionis illius lectoribus se persuasurum esse putabat, cum hoc contendere non posse, ex his, quae adhuc disputavimus, apparere putamus. Recte Porsonus παῦσαι· μὲ μὴ κίαιζε: vocalis post interpunctionem elisa neminem offendet; pronomen vero propter positionem ὀρθοτονεῖται.

Accusativum cum infinitivo Graecos a verbo primario non disiunxisse, ii docebunt loci, in quibus encliticae accusativi formae sententiam inchoant. Ex infinita eorum copia hos depromam: P, 272. Μίσησεν δ' ἄρα μιν δηῖον κέρμα γενέσθαι. ibid. 641. 709. ο, 231. Unde liberius, verba disponere licuit, ut Soph. Elect. 417. λόγος τις αὐτὴν ἐστιν εἰσιδεῖν πατρός etc.

Ἄγε naturam adverbii induisse, Lehrs Quaestt. ep. p. 109. ex Apollon. de adv. 533. ostendit: nemo igitur encliticam pronominis formam cum eo coniungi mirabitur; ut β, 349. Ματ' ἄγε δὴ μοι οἶνον — ἄφυσσον. δ, 486. ἀλλ' ἄγε μοι τοδο εἰπέ. φ, 336. ἀλλ' ἄγε οἱ δότε τόξον. cf. Wolf. praef. ad Hom. p. 82.

